

ANNO DOMINI MXXXVI.

## BURCHARDUS

WORMATIENSIS ECCLESIAE EPISCOPUS.

## PROOEMIA.

## NOTITIA HISTORICA ET LITTERARIA.

(Oudin., *Script. eccles.* II, 525.)

Burchardus Wormatiensis episcopus, natione Germanus, patria Hassus, et primum Lobii in Belgio monachus, et Olberti, Lobiensis monachi et abbatis postea Gemblacensis discipulus, anno, 996, Olberto magistro instante, episcopus Wormatiensis Ecclesiae electus est, in qua resedit usque ad annum 1025 vel 1026, quo mortuus est. Sigebertus in *Chronico* ad annum 1008 refert, *collaborante magistro suo Olberto abbate, viro undequaque doctissimo*, magnum Canonum volumen edidisse: et in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 141, hæc de eo refert: « Burchardus, episcopus urbis Wangionum quæ dicitur Wormatia, magnum Canonum volumen, quod a nomine ipsius Burchardus denominatur, multo studio composuit, quod testimoniis omnium authenticorum conciliorum et decretis Romanorum pontificum et sententiis omnium pene catholicorum Patrum auctorizavit, ex quo adhuc omnium conciliorum decreta auctorizantur. » Ea quæ de auxilio Olberti ad compilationem hanc faciendam in *Chronico* scripserat, confirmat in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* in Olberto, cap. 142, verbis istis: « Burchardus episcopus Wormatiensis, ejus Olberti magisterio ad hoc proventus, ut ita ecclesiasticæ utilitati intenderet, et ejus studio, ore et manu *illud magnum Canonum volumen* ad communem omnium utilitatem ederet. » Ubi et quibus auxiliantibus Burchardus hoc perfecit opus, docet auctor anonymus, qui vitam ejus post obitum scripsit, cum Decreto ipsius editam: « Forestus silva est, inquit, duobus milliaribus a Wormatia distans, abietibus abundans, et hanc palus limosa ex una parte ambiendo circumcingit, in cujus medietate collis pulcherrimus consistit, ad quem vir Dei se transferri præcepit; et quia mundanos tumultus devitare voluit, arboribus fruticibusque succisis, collem explanavit. Ibi quoque primum fecit oratorium, dein aliis officinis peractis, cellam egregiam construxit. Illuc se post concilia regiaque colloquia et post curam synodalem diversosque mundi stre-

pitus receperat. Ibi quoque negotiis sæcularibus post tergum projectis, totis viribus in obsequio Dei studebat. Eodem quippe tempore, in collectorio Canonum in hac cella non modicum laborabat. Nam, domino Walterio Spirensi episcopo adjuvante, et Brunichone præposito exhortante et suggerente, *Canones* in unum corpus collegit. Non pro ulla arrogantia, sed, ut ipse dixit, quia canonum jura pœnitentiumque judicia in episcopatu suo omnino fuerant neglecta ac destructa; hoc vero corpus seu *Collectorium* distinxit et in viginti libros distribuit. » Idem in præfatione operis sui testatur. « Cum in sua diœcesi canones et pœnitentium jura confusa, imo discrepantia videret, ut aut ex toto neglecta, aut omni pene auctoritate destituta, vel modice in ecclesiastica disciplina institutis apparere potuerint, rogatu Brunichonis præpositi Ecclesiae Wormatiensis cœpit congerere et digerere jura ecclesiastica ad utilitatem suæ Ecclesiae, ob negligentiam et inscitiam, ut ipse loquitur, sacerdotum. » Fontes autem et partes sui operis ipse in fine præfationis memoratæ ostendit.

« Synodalia, inquit, præcepta, sanctaque instituta, tam ex sanctorum Patrum sententiis quam ex canonicis scriptis, adjutore Deo, in unum fascem ex amplissimo orbe collegi, eaque ut potui uno veluti corpore connexa, viginti libris distinxi. » Et quibusdam interjectis: « Quantis autem hoc laboribus atque vigiliis præstiterim, Deus optimus judicabit, quem quod pro nostræ Ecclesiae necessitate fecerim, non latet. Quare etiamsi nostræ provinciæ limites non exierit, nihil omnino ægre feremus, modo nostrorum ministrorum manibus teratur. Porro legentibus etiam id persuasum esse cupimus, nihil de meo in hoc opere additum esse, sed ex divinis testimoniis Scripturarum (quænam hoc tempore hic et supra divinæ Scripturæ et canonica scripta dicta fuerint, id, prohi dolor! statim patebit) singula esse decerpta, ea sane fide, ut perpetuam auctoritatem habi-

dubitem. Ex quibus autem scriptis se-  
do sequens indicat :  
anonibus qui *Corpus canonum* vocantur.  
postolorum Canone.

ansmarinis conciliis. *Intelligit Orientalia.*  
onsiliis in Germania, Gallia, Hispania cele-

omanorum pontificum decretis.  
rangelicis apostolicisque Scripturis.  
steri Testamento.

bris sancti Gregorii. Ex Hieronymo, Augus-  
tino, Benedicto, Basilio Magno, Isidoro.  
penitentiali Romano. Ex Pœnitentiali Theo-  
Pœnitentiali Bedæ. »

it Burchardus opus suum in libros viginti, B  
quilibet sua capita seu canones habet;  
t autem caput est tantum unius, cuique  
anonis summarium seu titulus prænotatus  
Summam librorum hanc Burchardus ipse

liber continet de potestate et primatu  
e sedis, patriarcharum cæterorumque pri-  
metropolitanorum, et de synodo cele-  
et vocatione ad synodum; De accusatis et  
tribus; et testibus; de exspoliatis injuste;  
tribus ac de omni honore competenti ac  
, et diverso negotio, et ministerio epi-  
d.

liber continet de congruenti dignitate,  
a institutione, ac nutrimento vel vitæ qua- C  
diverso negotio et ministerio presbytero-  
diaconorum, seu reliquorum ordinum  
licorum.

liber continet de divinarum domorum in-  
e et cultu et honore; de decimis et oblatio-  
judiciis singulorum, et qui libri in sacro  
recipiantur, qui vero apocryphi, et quando  
di sint.

liber continet sacramentum baptismatis,  
terium baptizandorum et baptizatorum, et  
ndorum et consignatorum.

liber continet de sacramento corporis et  
s Domini, et de perceptione et observa-  
um.

liber continet de homicidiis sponte et non D  
missis, et de parricidio et de fratricidiis,  
qui uxores legitimas et seniores suos in-  
t, et de occisione ecclesiasticorum, et de  
one et pœnitentia singulorum.

liber continet de incesta copulatione  
unitatis, et in quo geniaclo fideles et con-  
separari debeant, et de revocatione et de  
ia singulorum.

liber continet de viris et feminis Deo di-  
sacrum propositum transgredientibus et de  
one et pœnitentia eorum.

liber continet de virginibus et viduis non  
de raptoribus earum, et de separatione  
de conjunctione legitimorum connubiorum,

A de concubinis, et de transgressione et pœnitentia  
singulorum.

Decimus liber continet de incantatoribus, de au-  
guribus, de divinis, de sortilegiis, et de variis illu-  
sionibus diaboli, et de maledicis, et de contentiosis,  
et de conspiratoribus, et de pœnitentia singulorum.

Undecimus liber continet de excommunicandis et  
excommunicatis, de furibus et de deprædatoribus;  
de præsumptione, et contemptu, et negligentia, et  
reconciliatione et pœnitentia eorum.

Duodecimus liber continet de perjurio et de pœ-  
nitentia ejus.

Tertius decimus liber continet de veneratione et  
observatione sacri jejunii.

Quartus decimus liber continet de crapula et  
ebrietate, et de pœnitentia eorum.

Quintus decimus liber continet de imperatoribus,  
de principibus et de reliquis laicis, et de ministerio  
eorum.

Sextus decimus liber continet de accusatoribus,  
de iudicibus, de defensoribus, de falsis testibus,  
et de pœnitentia singulorum.

Septimus decimus liber continet de fornicatione  
et incestu diversi generis, et de pœnitentia utriusque  
sexus et diversæ ætatis.

Octavus decimus liber continet de visitatione, et  
pœnitentia, et reconciliatione infirmorum.

Nonus decimus liber qui *Corrector* vocatur, con-  
tinet correctiones corporum et anitarum medi-  
cinas, et docet unumquemque sacerdotem, etiam  
simplicem, quomodo vel qualiter uniuersis succur-  
rere valeat, ordinato vel sine ordine, pauperi, di-  
viti, puero, juveni, seni, decrepito, sano, infirmo, in  
omni ætate, in utroque sexu.

Vicesimus liber *Speculationum* vocatur, specula-  
tur enim de Providentia et de prædestinatione divina,  
et de adventu Antichristi, de ejus operibus, de resur-  
rectione, de die iudicii, de infernalibus pœnis,  
et de felicitate perpetuæ vitæ.

Hæc summa librorum viginti, quos continet *Decre-  
tum* Burchardi Wormatiensis episcopi.

*Opus Decretorum Burchardi* editum est primum  
Parisiis, anno 1499, et iterum Coloniae Agrippinæ,  
anno 1548, in-8<sup>o</sup>, denique Parisiis, anno 1549. Com-  
portavit Burchardus in *Collectionem* hanc multa ex  
Isidoro Mercatore seu Decretalibus ejus epistolis  
suppositis. Specimen exhibebunt sequentia exempla,  
quæ clarissimus vir David Blondellus in Prolego-  
menis *Pseudo-Isidori et Turriani vapulantium*, cap.  
18 accurate collegit.

« Assumit igitur ex *Pseudo-Clementis epist.* 1,  
libro I, cap. 124, 125, 126, 127, 133, 137 et 155; lib.  
II, cap. 94; lib. VI, cap. 28; lib. XIV, cap. 16. *Ex episto-  
la* 2, lib. III, cap. 216; lib. V, cap. 11 et 14. *Ex  
epistola* 3, lib. II, cap. 95; lib. III, cap. 59; lib. IV,  
cap. 15. — *Ex Pseudo-Anacleti prima* lib. I, cap. 4  
et 59; lib. II, cap. 154; lib. III, cap. 74, 77; lib. XI,  
cap. 18. *Ex epistola secunda* lib. I, cap. 1 et 15;

Lib. II, cap. 5. Ex *tertia* lib. I, cap. 136, 152, 178. — A *Pseudo-Dcusdedit* lib. XVII, cap. 44. Præterea multa alia nescio unde hausta congerit, quæ tribuit *Evaristo*, lib. III, cap. 17; lib. XVIII, cap. 16; *Alexandro*, lib. I, cap. 59; lib. XIX, cap. 100. *Sixto*, lib. IV, cap. 46. *Hygion*, lib. III, cap. 11, 21, 39; lib. IV, cap. 24. *Pio*, lib. III, cap. 72, 124; lib. V, cap. 27, 47; lib. VI, cap. 37; lib. VIII, cap. 18; lib. XII, cap. 4, 15; lib. XV, cap. 10; lib. XIX, cap. 63. *Aniceto*, lib. V, cap. 20. *Soteri*, lib. III, cap. 73, 74; lib. V, cap. 20, 44; lib. XII, cap. 18. *Zephirino*, lib. VIII, cap. 40. *Callisto*, lib. XVIII, cap. 2. *Fabiano*, lib. IV, cap. 1; lib. V, cap. 17, 24, 25, 36; lib. VII, cap. 21; lib. IX, cap. 30; lib. X, cap. 59, 60; lib. XII, cap. 40; lib. XIII, cap. 8. *Eutychiano*, lib. I, cap. 91, 92, 93, 94; lib. V, cap. 35; lib. VIII, cap. 17; lib. IX, cap. 59, 60; lib. XI, cap. 30; lib. XII, cap. 14; lib. XIV, cap. 2, 3, 10; lib. XIX, cap. 105. *Marcello*, lib. III, cap. 1, 3, 9. *Eusebio*, lib. III, cap. 99; lib. VIII, cap. 19; lib. IX, cap. 13; lib. XIII, cap. 17; lib. XIV, cap. 7; lib. XVIII, cap. 11; lib. XIX, cap. 110. *Lucio*, lib. XIX, cap. 69. *Julio*, lib. II, cap. 127; lib. III, cap. 1, 204; lib. V, cap. 1; lib. VII, cap. 7; lib. IX, cap. 18; lib. XVIII, cap. 21. *Liberio*, lib. XIII, cap. 13, 14, 18; *Felici*, lib. I, cap. 51; lib. XVI, cap. 5; lib. XIX, cap. 62. *Damaso*, lib. I, cap. 25. *Bonifacio*, lib. I, cap. 73, 131, 184, 202; lib. III, cap. 26; lib. XI, cap. 17. *Silverio*, lib. III, cap. 23; lib. V, cap. 19; lib. XIII, cap. 12. *Pelagio* lib. XII, cap. 9. Citavit etiam *Præfationem Pseudo-Isidori* lib. I, cap. 42. Hæc collegit doctissimus David Blondellus in *Prolegomenis* nempe *Pseudo-Isidori et Turriani vapulantium*, cap. 18.

Agunt de *Burchardo Wormatiensi episcopo* Sigbertus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 141 et 142, Henricus Pantaleo in *Prosopographia illustrium virorum totius Germaniæ*, parte II, pag. mihi 46 editionis Basileensis, anno 1565, apud Nicolaum Brylingerum, in-fol.; Antonius Possevinus tomo I *Apparatus sacri*, verbo *Burchardus Wormatiensis episcopus*; Gerardus von Mastricht in *Historia juris ecclesiastici et pontificii*, num. 248 ad 254, pag. 280 ad 291 editionis Doesburgi 1676, et Amstelodami 1686 in-8°; Guilielmus Cuvus in *Historia rei litterariæ ad annum 996*, pag. 593 Londinensis editionis 1686 in-folio.

Ex *Pseudo-Evaristi secunda* lib. I, cap. 76, 99, 34, 40; lib. II, cap. 9. — Ex *Pseudo-Sixti primi secunda* lib. III, cap. 214. — Ex *Pseudo-Alexandri prima* lib. I, cap. 129, 130, 132; lib. II, cap. 52; lib. V, cap. 5. — Ex *Pseudo-Testesphori epistola* lib. III, cap. 63. — Ex *Pseudo-Hygini priore* lib. I, cap. 65. — Ex *Pseudo-Pii secunda* lib. II, cap. 29. — Ex *Pseudo-Aniceto* lib. II, cap. 28, 63. — Ex *Pseudo-Soteris epist. posteriore* lib. III, cap. 215. — Ex *Pseudo-Eleuthero* lib. XVI, cap. 30. — Ex *Pseudo-Victoris priore* lib. I, cap. 176; lib. IV, cap. 3. — Ex *Pseudo-Zephirini priore* lib. I, cap. 154; lib. XVI, cap. 13. — Ex *posteriore* lib. II, cap. 3. — Ex *Pseudo-Callisti priore* lib. II, cap. 38. — Ex *posteriore* lib. I, cap. 66, 80, 135, 171; lib. III, cap. 49; lib. VII, cap. 1; lib. X, cap. 64. Vide et librum IX, cap. 7. — Ex *Pseudo-Urbano* lib. III, cap. 3 et 143; lib. I, cap. 1. — Ex *Pseudo-Antero* lib. I cap. 77; lib. IV, cap. 66. — Ex *Pseudo-Fabiani secunda* lib. I cap. 147, 148. — Ex *tertia* lib. I, cap. 183; lib. II, cap. 10. — Ex *Pseudo-Cornelii secunda* lib. I, cap. 193; lib. XII, cap. 12, 19. — Ex *Pseudo-Lucio* lib. I, cap. 54; lib. XI, cap. 19. — Ex *Pseudo-Stephani priore* lib. I, cap. 173. Ex *posteriore* lib. I, cap. 142, 161, 177, et lib. XVI, cap. 19. — Ex *Pseudo-Sixti secundi posteriore* lib. I, cap. 143, 192. — Ex *Pseudo-Dionysii secunda* lib. III, cap. 43. — *Pseudo-Felicis primi prima* lib. I, c. 157, 169; lib. XVI, cap. 11. Ex *secunda* lib. I, cap. 174. — Ex *Pseudo-Eutychiano* lib. V, cap. 7. — Ex *Pseudo-Cujo* lib. I, cap. 139. — Ex *Pseudo-Eusebii prima* lib. I, cap. 138, 165. Ex *secunda* lib. XI, cap. 25, 27. Ex *tertia* lib. IV, cap. 63. — Ex *Pseudo-Melchiadis priore* lib. III, cap. 2, 4, 5. Ex *posteriore* lib. I, cap. 2; lib. IV, cap. 61. — Ex *Pseudo-Marco* lib. I, cap. 98. — Ex *Pseudo-Julii secunda* lib. I, cap. 144, 170. Ex *prima* lib. I, cap. 175. — Ex *Pseudo-Felicis secundi priore* lib. I, cap. 141, 163, 167, 180, 221, 222; lib. XVI, cap. 11. — Ex *Pseudo-Damasi quinta* lib. I, cap. 133, 156, 171, 179; lib. XVI, cap. 31. — Ex *Pseudo-Anastasio priore* lib. III, cap. 103; et ex *posteriore* lib. XIX, cap. 129. — Ex *Pseudo-Felicis quarti secunda* lib. III, cap. 57, 58. — Ex *Pseudo-Joannis secunda priore* lib. III, cap. 32. — Ex *Pseudo-Pelagii secundi nona* lib. III, cap. 69. — Ex *Pseudo-Gregorii epist. ad Felicem*, lib. VII, cap. 19. — Ex